

THESIS XI.

*Virgines etiam apud Hebræos desponsatæ erant viduæ, sicut & virgines ductæ erant viduæ.*

§. 1.

Solebant desponsari virgines interdum, antequam fierent nubiles, ita tamen, ut si ad annos discretionis pervenissent, & sponsum averterentur, solvi sponsalia possent, si autem intra illud tempus, quod inter desponsationem & discretionem intercedebat, sponsus moreretur, virguncula illa desponsata fiebat vidua. *Vid. Majm. de expulsiõibus uxorum c. 11. §. 1.*

§. 2.

Solebant quoque duci virgines nondum nubiles, quæ expectabant, donec annos maturæ ætatis attigissent, & vivebant vel in domo patris vel in domo sponsi, facta tecta virginitate. Quod si autem mariticitius morerentur, quam illæ ductæ virgi-